

THE SARUM RITE  
Missale Sarisburiense cum nota.

Tome B.  
Fasciculus I.  
Pagine {1}-{30}.

Festis Decembris.

Edited by William Renwick.

Hamilton Ontario.  
The Gregorian Institute of Canada.  
MMXIX.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at:  
[www.sarum-chant.ca](http://www.sarum-chant.ca)

This document first published July 1, 2019.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

[www.gregorian.ca](http://www.gregorian.ca)

© The Gregorian Institute of Canada, 2019.

In vigilia sancti Andree.

---

**I**Incipit proprium festivitatum sanctorum  
ad consuetudinem<sup>1</sup> ecclesie Sarum. Et  
primo<sup>2</sup> in vigilia sancti Andree apostoli.

(xxix. Novembris.)



[1508-S:367.]<sup>3</sup>

In vigilia sancti Andree.

*Ad missam. Officium. I.*

GS:pl. g; 1508-S:367; 1513-S:1r.<sup>4</sup>

The musical notation is written on four-line red staves. It features a large initial decorated with a figure, likely St. Andrew, enclosed in a circle. The lyrics are written below the staves, corresponding to the musical phrases. The notation uses square neumes on a four-line staff system.

O-mi-nus \* se-cus ma- re Ga-li-lé- e :  
vi- dit du- os fra- tres, Pe-trum et André- am : et  
vo-cá- vit e- os, Ve-ní-te post me fá-ci- am vos  
fi- e- ri pisca- tó- res hómi- num. Ps. Ce-li  
e-nárrant gló-ri- am De- i : et ópe-ra má-nu- um e-jus  
annunci- at firmamén- tum.

*Oratio.*

**Q**uoniam sumus omnipotens Deus : ut a nostris reatibus absoluti : a  
ut beatus Andreas apostolus, cunctis etiam periculis eruamur. Per.  
tuum pro nobis imploret auxilium :

*Memoria fiat de martyribus Saturnini atque Sisinnii, si ante adventum hec vigilia contigerit : si infra, nequaquam.*

*Oratio.*

**D**eus qui nos beatórum mártirum tuórum Saturníni atque Sisínii concédis natalíciis pérfrui :

eórum nos tríbue méritis adjuvári.  
Per Dóminum.

**C** *Lectio libri sapientie. Eccles. xlvi. [xlvi. 25-27; xlvi. 2-8.]*

**P**Enedictio Dómini super caput justi : ídeo dedit illi hereditátem : et divídit illi partem in tríbubus duódecim : et invénit grátiam in conspéctu omnis carnis. Et magnificávit eum in timóre inimicórum : et in verbis suis monstra placávit. Glorificávit eum in conspéctu regum : et

osténdit illi glóriam suam. In fide et lenitáte ipsíus sanctam fecit illum : et élégit eum ex omni carne. Et dedit illi cor ad precépta, et legem vite et disciplíne : et excelusm fecit illum. Státuit ei testaméntum etérnum : et circuncínxit eum zona justície. Et índuit eum Dóminus : coróna glórie.

*Gradale.* Nimis honoráti sunt amíci tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum. **V.** Dinumerábo eos : et super arénam multiplicabúntur. [8].

*Si hec vigilia in dominica evenerit : dicatur sequens<sup>5</sup>*

Allelúa. **V.** In omnem terram exívit sonus eórum : et in fines orbis terre verba eórum. [II].

*Et dicatur missa in capitulo : et hoc in omnibus missis propriis de vigilia, que in dominica contingunt [per totum annum],<sup>6</sup> observetur : nisi in vigilia nativitatis Domini tantum.*

**C** *Secundum Johannem. j. [35-51.]*

**I**N illo témpore. Stabat Johánnes : et ex discípulis ejus duo. Et respiciens Jesum ambulántem : dicit, Ecce agnus Dei. Et audiérunt eum duo discípuli loquéntem : et secúti sunt Jesum. Convérsus autem Jesus : et videns eos sequéntes se : dixit eis, Quid quéritis ? Qui dixerunt ei, Rab-

bi : quod dícitur interpretátum Magíster, Ubi hábitas ? Dicit eis, Veníte et vidéte. Venérunt et vidérunt ubi máneret : et apud illum mansérunt die illo. Hora autem<sup>7</sup> erat quasi décima. Erat autem Andréas frater Symónis Petri : unus ex duóbus qui audíerant a Johánni : et secúti fúerant

In vigilia sancti Andree.

---

eum. Invénit hic primum fratrem suum Symónem, et dixit ei, Invenimus Messíam : quod est interpretátum Christus. Et addúxit eum ad Jesum. Intúitus autem eum Jesus dixit, Tu es Symon, filius Johánnna : tu vocáberis Cephas : quod interpretátur Petrus. In crástinum autem vóluit exíre in Galiléam : et invénit Philíppum. Et dicit ei Jesus, Séquere me. Erat autem Philíppus a Bethsaída civitáte Andrée et Petri. Invénit Philíppus Nathánael, et dixit ei, Quem scripsit Móyses in lege et prophéte invenímus, Jesum filium Joseph a Názareth. Et dicit ei Nathánael, A Názareth potest áliquid

boni esse ? Dicit ei Philíppus, Veni et vide. Vedit Jesus Nathánael veniéntem ad se : et dixit de eo, Ecce vere Israélita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathánael, Unde me nosti ? Respóndit Jesus, et dixit ei, Priúsquam te Philíppus vocávit, cum esses sub ficu, vidi te. Respóndit ei Nathánael : et ait, Rabbi, tu es Fílius Dei : tu es rex Israel ? Respóndit Jesus et dixit ei, Quia dixi tibi vidi te sub ficu, credis : majus his vidébis. Et dicit eis, Amen amen dico vobis : vidébitis celum apérturn : et ángelos Dei ascendéntes et descendéntes supra Fílium hóminis.

*Offertorium.* Glória et honore córonasti eum : et constituísti eum super ópera mánuum tuárum Dómine. [4].

*Secreta.*

**S**acrandum tibi Dómine munus offérimus : quo beáti Andrée apóstoli tui<sup>8</sup> solénnia, jejúniis et devótis officiis recoléntes : purificati-

ónem quoque nostris méntibus implorámus. Per Dóminum. [In unitáte.]<sup>9</sup>

*Alia secreta.*

**B**látum tibi Dómine munus, pro beatórum mártirum tuórum Saturníni atque Sisínnii passióne

propícius assúme : quod eórum intercessióne, majestáti tue fiat accéptum.


*Prefatio quotidiana.* 1169.

In vigilia sancti Andree.


GS:pl. g; 1508-S:367; 1513-S:1v.<sup>10</sup>

Comm.


VII.



I- xit André- as \* Symó-ni fra-tri su- o, In-



vé-nimus Messí- am, qui dí- ci- tur Chris-tus : et addúx-it



e- um ad Je-sum.

*Postcommunio.*

**P**ercéptis salutáribus sacraméntis,  
humíliter te Dómine depre-  
cámur : ut intercedénte beáto Andréa

apóstolo tuo, que pro illíus veneránda  
égimus<sup>11</sup> solennitaté : nobis proficiant  
ad salútem.<sup>12</sup> Per [Dóminum].<sup>13</sup>

*Alia postcommunio.*

**H**T hec commúnio nos Dómine  
tua visitatióne dignos efficiat  
beáti Saturníni mártiris tui socio-

rúmque ejus : pia quésimus inter-  
céssio semper implóret. Per Dómi-  
num. [In unitáte].<sup>14</sup>

In die sancti Andree.

---

## ¶ In die sancti Andree [apostoli].<sup>15</sup>

(xxx. Novembris.)

[Ad missam]<sup>16</sup> Officium.



Ichi autem nimis honoráti sunt amíci tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum. Ps. Dómine probásti me et congnovísti me : tu congnovísti sessiónem meam et resurrectiónem meam. Glória Patri. [7].

*Si extra adventum contigerit : dicatur Glória in excélsis. 35\*. Si vero infra, non dicitur : sed post orationem scilicet Majestátem [tuam Dómine].<sup>17</sup> fiat memoria de adventu : et de sancta Maria. [oratio. Deus qui de beáte Maríe.]<sup>18</sup> Et hoc in omnibus festis sanctorum que infra adventum contigerint, observetur.*

### Oratio.

**A**jestátem tuam Dómine súpplices exorámus : ut sicut ecclésie tue beátus Andréas apóstolus ex-

títit predicátor et rector : ita apud te sit pro nobis perpétuus intercéssor. Per Dóminum.

## ¶ Ad Romanos. [x. 10-18.]

**F**ratres. Corde<sup>19</sup> créditur ad iusticiam : ore autem conféssio fit ad salútem. Dicit enim scriptúra, Omnis qui credit in illum : non confundétur. Non enim est distíctio Judéi et Greci. Nam idem Dóminus ómnium : dives in omnes qui ínvocant illum. Omnis enim quicúnque invocáverit nomen Dómini : salvus erit. Quómodo ergo<sup>20</sup> invocábunt, in quem non credidérunt ? Aut quómodo credent ei : quem non audiérunt ? Quómodo autem áudent sine

predicánte ? Quómodo vero predicábunt, nisi mittántur ? Sicut scriputum est, Quam speciósí pedes evangeliázantium pacem : evangelizántium bona. Sed non omnes obédiunt evangélío. Isáias enim dicit, Dómine : quis credídit audítui nostro ? Ergo fides ex audítu : audítus autem per verbum Christi. Sed dico, Nunquid non audiérunt ? Et quidem in omnem terram exívit sonus eórum : et in fines orbis terre verba eórum.

*Gradale. Constítues eos príncipes super omnem terram : memóres erunt nóminis*

In die sancti Andree.

tui Dómine. ¶ Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii : proptérea pópuli confitebúntur tibi. [10].

GS:pl. g; 1508-S:367; 1513-S:2r.<sup>21</sup>

Alle. I.

L-le- lú- ya. \*

X. Di-léx-it André- am Dó-mi- nus in

odó- rem

\* su- a- vi- tá-tis.

1508-S:368; 1513-S:2r.<sup>22</sup>

ah54030.

Seq. VI.

*a<sup>1</sup>.*

Acro-sáncta ho-di-érne festi-vi-tá-tis pre-có-ni-a.

*a<sup>2</sup>.*

*b<sup>1</sup>.*

Digna laude, u-ni-vérsa cathe-go-rí-zet ec-clé-si-a. Mi-


In die sancti Andree.




tíssimi sanctó-rum sanctíssima, extolléndo mé-ri-ta.




Apóstoli André- e, admi-randa pre-fulgéntis grá-ti- a.




Hic accépto a Jo-hánne baptís-ta. Quod ve-nísset, qui tólle-




ret peccá- ta. Mox e-jus intrans ha-bi-tá-cu-la, audi- é-bat



e-lóqui- a. Inventóque fratre su-o Barjó-na. Inve-ní-



mus a- it o-vans Messý- am. Et dux-it e- um, ad dulcí-flu- am



Salva-tó-ris pre-sénti- am. Hunc perscru-tántem má-ri- a,



Chris-ti vo-cá-vit cleménti- a. Artem piscándi cómmu- tans,

In die sancti Andree.

---

The musical notation consists of a single staff with four horizontal lines. The neumes are represented by black squares of varying sizes, indicating pitch and rhythm. The music is divided into measures by vertical bar lines and sections by double bar lines. The first section starts with a forte dynamic (f<sup>1</sup>). The second section begins with a dynamic f<sup>2</sup>. The third section begins with a dynamic g<sup>1</sup>. The fourth section begins with a dynamic b<sup>1</sup>. The fifth section begins with a dynamic b<sup>2</sup>. The sixth section begins with a dynamic i<sup>1</sup>. The seventh section begins with a dynamic b<sup>3</sup>. The eighth section begins with a dynamic b<sup>4</sup>. The lyrics are written below the staff, corresponding to the neumes.

digni-tá-te a-postó-li-ca. Hu-jus á-nimam post cla-ra,  
festi paschá-lis témpo-ra. Sancti Spí-ri-tus preclá-ra,  
perlustrá-vit po-ténti-a. Ad pre-di-cándum pópu-lis  
pe-ni-ténti-am. Et De-i Pa-tris per Fí-li-um clemén-  
ti-am. Gra-tu-lá-re ergo tanto patre Achá-y-a. Il-lus-  
trá-ta e-jus sa-lu-tá-ri doctrí-na. Hono-rá-ta mul-tímo-  
da signó-rum frequénti-a. Et tu gemens plo-ra trux  
cární-fex Ege-a. Te lu-es inférrna, et mors te-net e-

In die sancti Andree.

The musical notation consists of four horizontal lines representing a staff. Red neumes are placed on these lines to indicate pitch and rhythm. The notation is divided into measures by vertical bar lines. Some neumes have small numbers above them, likely indicating specific note values or performance instructions. The lyrics are written below the staff, corresponding to the neumes. The text is in Latin, with some words in French (e.g., André, fé-lí-ci- a, re-gem, conspéctu, Odó-rem, aspi- ras, di-ví- ni, amó-ris, róm-a, ergo, no-bis, íncly-ta, Dulcé-do, spi-rans, íntima, Ce-léstis, bál-sa-ma) and some in Spanish (e.g., terna, manent, gáudi-a, spec-tas, a-dó-ras, stas, a-vi-tá-tis, jam, l.). The notation uses a mix of square and triangular neumes, typical of early printed music notation.

i<sup>2</sup>.      térna.      Et André- am fe-lí-ci- a, per cru-cem ma-nent  
k<sup>1</sup>.      gáudi- a.      Jam re-gem tu- um spec-tas : jam a-dó- ras, jam  
k<sup>2</sup>.      in e- jus conspéctu André- a stas.      Odó-rem su- a-vi-tá- tis  
l<sup>1</sup>.      jam aspi- ras : quem di-ví- ni amó-ris a-róm-a dat.      Sis ergo  
l<sup>2</sup>.      m.      no-bis íncly-ta.      Dulcé-do spi-rans íntima.      Ce-léstis vi-te  
bál- sa-ma.

¶ *Sciendum est quod in omnibus festis [sanctorum]<sup>23</sup> ix. lectiones vel iij. lectiones cum regimine chori : [et in commemoratione beate Marie : et sancti loci :]<sup>24</sup> dicatur sequentie ad missam extra lxx. usque ad pascha : nisi in festum plurimorum confessorum et in festo sancti Michælis in monte tu[m]<sup>25</sup>ba. In octavis vero et infra [octavas sanctorum]<sup>26</sup> : sive fuerint [octava]<sup>27</sup> cum regimine chori, sive non : sequentia ad missam non dicatur : nisi [solummodo]<sup>28</sup> per octavas et in octavis visitationis,<sup>29</sup> assumptionis et nativitas beate Marie : et in dominica infra octavas et in octavis dedicationis ecclesie et in octavis apostolorum Petri et Pauli.*

¶ Secundum Mattheum. iiiij. [18-22.]

**I**N illo tempore. Ambulans<sup>30</sup> Jesus juxta mare Galilée, vedit duos fratres : Symónem qui vocáatur Petrus, et Andréam fratrem ejus mitténtes rhete in mare. Erant enim piscatóres. Et ait illis, Veníte post me : et fáciam vos fieri piscatóres hóminum. At illi contínuo relíctis rhétibus : secúti sunt

eum. Et procédens inde : vedit álhos duos fratres Jacóbum Zebedéi, et Johánnem fratrem ejus in navi, cum Zebedéo patre eórum reficiéntes rhética sua : et vocávit eos. Illi autem statim relíctis rhétibus et patre : secúti sunt eum.

Credo. 20.

*Offertorium.* Michi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus : nimis conforátus est principátus eórum. [22].

*Secreta.*

**S**acrificium nostrum tibi Dómine quésumus beáti Andréi precatio sancta concíliet : ut cuius

honóre solénniter exhibétur : ejus méritis efficiátur accéptum. Per Dóminum.

*Prefatio.* Et te Dómine. 1165.

¶ Hec prefatio dicitur in omnibus festis apostolorum et evangelistarum : et per octavas apostolorum Petri et Pauli, atque Andree : preterquam in festo sancti Johannis apostoli in ebdomadam nativitas Domini : in octavis vero ejusdem dicetur, et in festo ejusdem in paschali tempore.

GS: pl.h; 1508-S:370; 1513-S:2v.<sup>31</sup>


Comm. VIII.

E-ní-te post me, \* fá- ci- am vos pisca-tó- res

hómi- num : at il- li re-líc-tis rhé-ti- bus et na- vi,

In die sancti Andree.

---



se-cú-ti sunt Dómi-num.

*Postcommunio.*

**S**umpsimus Dómine divína mys-  
téria, beáti André festivitáte  
letántes : que sicut tuis sanctis ad  
glóriam : ita nobis quésumus ad  
véniam prodésse perfícias. Per  
Dóminum.

**C** Per octavas dicitur missa de sancto Andrea, sicut in prima die : sed sine sequentia et Credo. et nisi [cum]<sup>32</sup> missa Salus pópuli. restat cantanda, et nisi in sabbatis quando fit plenum servitium de sancta Maria : et nisi infra adventum Domini. Infra adventum vero nichil fiet de eo, preter memoriam usque ad octavam diem : tunc enim de eo totum fiat servitium, nisi in sabbato vel in dominica contigerit : et tunc dicitur missa de octavis in capitulo.<sup>33</sup> Quando vero festum sancti Andree a dominica differtur in secundam feriam : tunc in sequenti [sabbato vel in]<sup>34</sup> dominica dicatur missa de octavis in capitulo cum una oratione. Similiter quando festum sancti Nicholai a dominica differtur in secundum feriam : tunc in ipsa secunda feria missa de octavis dicitur in capitulo similiter<sup>35</sup> cum una oratione. Eodem modo una oratio tamen dicitur ad missam que dicatur in capitulo in octavis sancti Laurentii : atque ad misam de sancta Sabina.<sup>36</sup> [In depositione sancti Osmundi sicut in alio festo.]<sup>37</sup>

## ¶ *Sancti Osmundi episcopi et confessoris.*

(*iiiij. Decembris.*)

[*Ad missam.]<sup>38</sup> Officium.*



Tátuit ei Dóminus testaméntum pacis, et príncipem fecit eum : ut sit illi sacerdótii dígnitas in etérnum. *Ps.* Misericórdias Dómini : in etérnum cantábo. [103].

### *Oratio.*

**G**Mnípotens sempitérne Deus qui nos beáti Osmúndi confessórís tui atque pontíficis, hodiéra festivitáte letíficas : tuam súpplices exorámus cleméntiam, ut cuius solénnia devótis officiis venerámur : ejus piis suffrágis etérne vite remédia consequámur. Per Dóminum.

*Epistola.* Ecce sacérdos magnus qui in diébus. *In communi.* [106].

*Gradale.* Jurávit Dóminus et non penitébit eum : tu es sacérdos in etérnum secúndum órdinem Melchísedech. *V.* Dixit Dóminus Dómino meo : sede a dextris meis. [108].

Alleluya. *V.* Justus germinábit sicut lílum : et florébit in etérnum ante Dóminum. [III].

*Sequentia.* Adest nobis. *in communi.* [115].

*Evangelium.* Homo quidam péregre. *in communi.* [120].

*Offertorium.* Invéni David servum meum : óleo sancto unxi eum, manus enim mea auxiliábitur ei : et bráchium meum confortábit eum. [122].

### *Secreta.*

**P**Ropiciáre Dómine quésumus supplicationibus nostris : et intercedénte pro nobis beáto Osmundo confessóre tuo atque pontífice : his sacraméntis celéstibus serviéntes : ab omni culpa líberos esse concéde : ut purificáte nos grácia tua : iisdem quibus famulámur mystériis emundémur. Per Dóminum.

Sancti Osmundi episcopi et confessoris.

---

*Communio.* Dómine quinque talénta tradidísti michi : ecce ália quinque superlucrátus sum : euge serve fidélis, quia in pauca fuísti fidélis : supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui. [123].

*Postcommunio.*

**P**Resta quésumus Dómine Deus noster : ut divínis mystériis expiáti : intercedénte beáto Osmundo confessóre tuo atque pontífice ad supérni plenitúdinem sacraménti, cujus libávimus sanctam, tendámus. Per Dóminum nostrum.

## ¶ Sancti Nicholai episcopi et confessoris.

(vj. Decembris.)

[Ad missam.]<sup>39</sup> Officium.



Tátuit ei Dóminus téstamentum pacis, et príncipem fecit eum : ut sit illi sacerdótii dígnitas in etérnum. Ps. Misericórdias Dómini : in etérnum cantábo. [103].

### Oratio.

**D**eus qui beátum Nicoláum pontíficem tuum innúmeris decorásti miráculis : tríbue nobis qué-

sumus : ut ejus méritis et précibus : a gehénne incéndiis liberémur. Per.

*Epistola.* Ecce sacérdos magnus. *in communi.* [106].

*Gradale.* Dómine prevenísti eum in benedictiónibus dulcéinis : posuísti in cápite ejus corónam de lápide precioso. *V.* Vitam pétuit et tribuísti ei longítudinem diérum in séculum séculi. [110].

*Alleluya.* *V.* Justus germinábit sicut lílum : et florébit in etérnum ante Dóminum. [III].

1508-S:370; 1513-S:3r.<sup>40</sup>

Seq. I. ah54066.

**O**ngaudéntes \* ex-ulté-mus, vo-cá-li concórdi-a.

The musical notation consists of two staves. The top staff is labeled 'a¹.' and the bottom staff 'a².'. Both staves begin with a large square note. The music is written in a Gothic-style musical notation with square neumes on four-line red staves. The lyrics 'Ongaudéntes \* ex-ulté-mus, vo-cá-li concórdi-a.' are written below the staves. The bottom staff ends with a repeat sign and 'b¹.'

Ad be- á-ti Ni-co-lá- i festí-va so-lénni- a. Qui in cu-nis

Sancti Nicholai episcopi et confessoris.

---

adhuc ja-cens, servándo je-jú-ni- a. Ad pa-pí-las ce-pit

summa prome-ré-ri gáudi- a. Adol-éscens amplex-á-tur,

litte-rá-rum stú-di- a. A-li- é-nus et immú-nis, ab omni

lascí-vi- a. Fe-lix conféssor cu-jus fu- it digni-tá-tis vox de

ce-lis nún-ci- a. Perquam pro-véc-tus pre-su-lá-tus, sublimá-tur

ad summa fastí-gi- a. E-rat in e-jus á-nimo pí- e-tas ex-í-

mi- a : et oppréssis impendé-bat multa be-ne-fí-ci- a.

Sancti Nicholai episcopi et confessoris.

---

Auro per e-um vírgi-num tól-li-tur infámi- a : atque pa-tris  
e- a-rúndem le-vá-tur in-ó-pi- a. Qui-dam naute na-vi-gántes :  
et contra flúctu- um se-ví-ci- am luctántes, na-vi pe-ne disso-  
lú-ta. Jam de vi-ta despe-rántes, in tanto pó-si-ti pe-rí-cu-  
lo : clamántes, vo-ce di-cunt omnes u-na. O be- á-te Ni-co-  
lá- e : nos ad ma-ris portum tra-he, de mortis an-gústi- a.  
Tra-he nos ad portu ma-ris : tu qui tot auxi-li- á-ris pi- e-tá-  
tis grá-ti- a. Dum clamá-rent nec incás-sum : ecce qui-dam

Sancti Nicholai episcopi et confessoris.

---

The musical notation consists of a single staff with four horizontal lines. The neumes are represented by black squares of varying sizes, indicating pitch and rhythm. The music is divided into measures by vertical bar lines. The first measure ends with a double bar line. Subsequent measures begin with a single vertical bar line. Measure numbers are placed above the staff: *b*<sup>2</sup>, *t*<sup>1</sup>, *t*<sup>2</sup>, *k*<sup>1</sup>, *k*<sup>2</sup>, *l*<sup>1</sup>, *l*<sup>2</sup>. The lyrics are written below the staff, corresponding to the neumes.

di-cens as-sum, ad vestra perfí-di- a. Sta-tim aura da-tur  
gra- ta : et tempésta fit se-dá- ta, qui- e-vé-runt má-ri- a.  
Ex ipsí- us tumba ma-nat, uncti- ó-nis có-pi- a. Que infir-  
mos omnes sa-nat : per e-jus suf-frá-gi- a. Nos qui sumus  
in hoc mundo : vi-ti- ó-rum in pro-fundo, jam passi nau-  
frá-gi- a. Glo-ri- ó-se Ni-co-lá- e : ad sa-lú-tus portum tra-  
he, u-bi pax et gló-ri- a. Ipsam no-bis uncti- ónem : ímpe-  
tres a Dómi-no pre-ce pi- a. Qua sa-ná-vit le-si- ónem : mul-

Sancti Nicholai episcopi et confessoris.



m<sup>1</sup>.  
tó-rum peccámi-num in má-ri- a. Hu-jus festum ce-le-  
brántes : gáude- ant per sé-cu-la. Et co-rónet e- os Chris-tus :  
post vi-te currí-cu-la.  
m<sup>2</sup>.

*Evangelium. Homo quidam peregre. in communi. [120].*

*Offertorium. Véritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. [121].*

*Secreta.*

**S**anctifica quésimus Dómine  
hec múnera que in veneráione  
sancti pontíficis<sup>41</sup> tui Nicolái offé- | rimus : ut per ea vita nostra inter  
advérsa et ubíque dirigátur et  
próspera.<sup>42</sup> Per Dóminum.

*Communio. Beátus servus quem cum vénérerit Dóminus, invénerit vigilántem : amen dico vobis : super ómnia bona sua constitúet eum. [124].*

*Postcommunio.*

**S**acrifícia que súmpsimus Dómi- | sumus nos protectíone confirment.  
ne pro solennítate sancti pon- | Per.  
tíficis tui Nicolái : sempitérna qué-

## ¶ In octava sancti Andree.

[vij. Decembris.]

[Ad missam.]<sup>43</sup> Officium.



Ichi autem nimis honoráti sunt amíci tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum. Ps. Dómine probásti me et congnovísti me : tu cognovísti sessiónem meam et resurrectióne meam. Glória Patri. [7].

### Oratio.

**P**Rótegat nos quésumus Dómine sépius beáti Andréa apóstoli repetita solénnitas : ut cujus patro-

cínia pia devotione recólimus : perpétuam defensiónem sentiámus. Per Dóminum.

## ¶ Ad Romanos. x. [10-18.]

**F**Ratres. Corde<sup>44</sup> créditur ad iusticiam : ore autem conféssio fit ad salútem. Dicit enim scriptúra, Omnis qui credit in illum : non confundétur. Non enim est distínguo Judéi et Greci. Nam idem Dóminus ómnium : dives in omnes qui ínvocant illum. Omnis enim quicúnque invocáverit nomen Dómini : salvus erit. Quómodo ergo invocabunt, in quem non credidérunt ? Aut quómodo credent ei quem non audiérunt ? Quómodo ergo<sup>45</sup> áudent sine predi-

cánte ? Quómodo vero predicábunt, nisi mittántur ? Sicut scriptum est, quam speciósí pedes evangelizántium pacem : evangelizántium bona. Sed non omnes obédiunt evangélio. Isaías enim dicit, Dómine : quis credídit audítui nostro ? Ergo fides ex audíto : audítus autem per verbum Christi. Sed dico, Nunquid non audiérunt ? Et quidem in omnem terram exívit sonus eórum : et in fines orbis terre verba eórum.

*Gradale.* Nimis honoráti sunt amíci tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum. *V.* Dinumerábo eos : et super arénam multiplicabúntur. [8].

Alleluya. *V.* Diléxit Andréam Dóminus in odórem suavitatis. [ut in die.].<sup>46</sup> {7}.

¶ Secundum Marcum. j. [14-18.]

**I**N illo tempore. Postquam tráditus est Johánnes : venit Jesus in Galiléam, prédicans evangélium regni Dei : et dicens, Quóniam implétum est tempus : et appropinquábit<sup>47</sup> regnum Dei : penitémini, et crédite evangélio. Et pretériens secus mare

Galilée : vidit Symónem et Andréam fratrem ejus mitténtes rhétia in mare. Erant enim pescatóres. Et dixit eis Jesus, Veníte post me : et fáciam vos fieri pescatóres hóminum. Et prótnus relíctis rhétibus, secúti sunt eum.

*Offertorium.* In omnem terram exívit sonus eórum : et in fines obris terre verba eórum. [21].

*Secreta.*

**I**ndulgéntiam nobis prébeant hec múnera quésumus Dómine largi-

órem : que beáti<sup>48</sup> Andrée apóstoli tui suffrágiis offerúntur. Per.

*Prefatio.* Et te Dómine. 1165.

*Communio.* Veníte post me : fáciam vos fieri pescatores hóminum : at illi relíctis rhétibus et navi, secúti sunt Dóminum. [*ut supra in die.*]<sup>49</sup> {II}.

*Postcommunio.*

**P**rébeat nobis Dómine quésumus beátus Andréas apóstolus op-tátum presídium : quo salutáre nobis

sumptum proficiat sacraméntum. Per Dóminum nostrum.

In conceptione beate Marie.

## ¶ *In conceptione beate Marie.*<sup>50</sup>

(viii. Decembris.)

[*Ad missam omnia fiant sicut in nativitas ejusdem : verbis tamen mutatis in conceptione : sed sine Glória in excélsis. et sine Ite missa est.*]<sup>51</sup>

1508-S:435; 1513-S:3v.

Offic.

I.

Aude- á-mus \* omnes in Dó- mi- no, di- em  
festum ce-le-brántes, sub honó- re Ma-rí- e vírgi- nis :  
de cu-jus concepti- ó- ne gaudent án-ge- li, et col-  
láu- dant Fí- li- um De- i. Ps. E-ructá-vit cor me- um  
verbum bo-num : di-co e-go ópe-ra me-a re- gi.  
Glo-ri- a Pa-tri et Fi-li- o.

*Non dicitur Glória in excélsis.*

In conceptione beate Marie.

*Oratio.*

**S**Upplacíónem servórum tuórum Deus miserátor exáudi : ut qui in concepcióne Dei genitricis et vírginis congregámur : ejus inter-

cessiónibus a te de instántibus perículis eruámur. Per eúndem Dóminum nostrum.

**L**ectio libri Sapientie. Ecclesiastici xxiiij. [23-31.]

**E**go quasi vitis fructificávi suavitátem odóris : et flores mei fructus honóris et honestátis. Ego mater pulchre dilectionis et timóris, et magnitúdinis,<sup>52</sup> et sancte spei. In me grátia omnis vie et veritatis : in me omnis spes vite et virtutis. Tránsite ad me omnes qui concupiscitis me : et a generatióibus meis implé-

mini.<sup>53</sup> Spíritus enim meus super mel dulcis : et heréditas mea super mel et favum. Memória mea : in generatióne seculórum. Qui edunt me adhuc esúrient : et qui bibunt me adhuc sítient. Qui audit me, non confundétur : et qui operántur in me, non peccábunt. Qui elúcident me : vitam etérnam habébunt.

*Gradale.* Audi filia et vide et inclína aurem tuam : quia concupívit rex spéciem tuam. **V.** Spécie tua et pulchritúdine tua : inténde próspero procede et regna. {443}.

GS:pl. u.; 1508-S:449; 1513-S:4.<sup>54</sup>

Alle.  
VIII.

L-le- lú- ya. \*

V. Concép- ti- o glo-ri- ó- se vírgi- nis Ma-

lí- e ex sémi-ne Abra- he

In conceptione beate Marie.

---

The musical notation consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The lyrics are written below the notes:

orta de tri- bu Ju- da : cla-ra ex stir-  
pe \* Da- vid.

*Sequentia.*<sup>55</sup>

AH-54180.

**D**ies iste celebrétur : in quo pie recensétur, Maríe concéptio.  
Virgo mater generátur : concípitur et créatur, recta vena vénie.  
Ade vetus exílium : et Joáchim opprórium hinc habent remédia.  
Hoc prophéte previdérunt : patriárche presensérunt, inspiránte grátia.  
Virga prolem conceptúra : stella solem paritúra, hódie concípitur.  
Flos de virga processúrus : sol de stella nascitúrus, Christus intellígitur.  
O quam felix et preclára : nobis grata Deo cara, fuit hec concéptio.  
Terminátur miséria : datur misericórdia, luctus cedit gáudio.  
Nova mater novam prolem : nova stella novum solem, nova profert grátia.  
Genítorem genitúra : Creatórem creatúra, Patrem parit filia.  
O mirándam novitátem, novam quoque dignitátem : ditat matris castitátem, Fílii  
concéptio.  
Gaude virgo gratiósia, virga flore speciósia : mater prole generósia, plene plena gáudio.  
Quod precéssit in figúra, nube latet sub obscura : hoc declárat genitúra : semel  
matris virgo pura : pariéndi vertat jura, fusa miránte natúra, Deitátis plúvia.  
Triste fuit in Eva ve : sed ex Eva formans Ave : versa vice sed non prave : intus  
zelans in concláve : verbum bonum et suáve : nobis mater virgo fave, tua frui  
grátia.  
Omnis homo sine mora, laude plena solvens ora : istam colas ipsam ora, omni die  
omni hora.  
Sit mens supplex vox sonóra, sic súpplica sic implóra : hujus patrocínia.  
Tu spes certa miserórum, vere mater orphanórum : tu levámen oppressórum,  
medicámen infirmórum, ómnibus es ómnia.

In conceptione beate Marie.

---

Te rogámus voto pari : laude digna singulári : ut errántes in hoc mari : nos in portu salutári : tua sistat grátia.

Amen.

¶ *Initium sancti evangelii : secundum Mattheum. primo. [1-17.]*

**L**iber generatiónis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham autem<sup>56</sup> génuit Isaac. Isaac autem génuit Jacob. Jacob autem génuit Judam et fratres ejus. Judas autem, génuit Phares et Zaram de Thamar. Phares autem génuit Esron. Esron autem génuit Aram. Aram autem génuit Amínadab. Amínadab autem génuit Náason. Náason autem génuit Salmon. Salmon autem génuit Booz de Rahab. Booz autem, génuit Obeth ex Ruth. Obeth autem génuit Jesse. Jesse autem génuit David regem. David autem rex, génuit Salomónem ex ea que fuit Urié. Sálomon autem, génuit Róboam. Róboam autem, génuit Abíam. Abía autem génuit Asa. Asa autem, génuit Jósaphat. Jósaphat autem, génuit Joram. Joram autem, génuit Ozíam. Ozías

autem, génuit Jóatham. Jóatham autem, génuit Achaz. Achaz autem, génuit Ezechíam. Ezechías autem, génuit Manássen. Manásses autem, génuit Amon. Amon autem génuit Josíam. Josás autem, génuit Jechoníam et fratres ejus in transmigratióne Babylónis. Et post transmigratióne Babylónis, Jechonías génuit Saláthiel. Saláthiel autem, génuit Zorobábel. Zorobábel autem génuit Abíud. Abíud autem, génuit Elíachim. Elíachim autem, génuit Azor. Azor autem, génuit Sadoch. Sadoch autem, génuit Achim. Achim autem, génuit Elíud. Elíud autem, génuit Eleázar. Eleázar autem, génuit Mathan. Mathan autem, génuit Jacob. Jacob autem, génuit Joseph virum Maríe, de qua natus est Jesus : qui vocátur Christus.

Credo. 20.

*Offertorium.* Diffúsa est grátia in lábiis tuis : proptérea benedíxit te Deus in etérnum, et in séculum séculi. {393}.

*Secreta.*

**H**Nigéniti tui Dómine nobis succúrrat humánitas : ut qui

natus de vírgine integrítatem matris non mínuit, sed sacrávit : in

In conceptione beate Marie.

---

conceptiónis ejus solénniis a nostris  
nos piáculis éxuens : oblationem  
nostram síbimet fáciat esse accéptam

Jesus Christus Dóminus noster. Qui  
tecum vivit.

*Prefatio.* Et te in conceptione. 1167.

*Communio.* Vera fides géniti purgávit crímina mundi : et tibi virgíntas invioláta  
manet. {450}.

*Postcommunio.*

**S**Umpsimus Dómine celebritátis  
ánnue votiva sacraménta : presta  
quésumus : ut intercedénte beáta

Maria semper vírgine : et temporális  
vite nobis remédia prébeant et etérne.  
Per Dóminum.

*Non dicitur Ite missa est.*

## ¶ Sancte Lucie virginis et martyris.

(xiiij. Decembris.)

[Ad missam.]<sup>57</sup> Officium.



Ilexisti justiciam et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus, óleo leticie pre consortibus tuis. Ps. Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego ópera mea regi. Glória Patri et Fílio. [145].

### Oratio.

**P**xaudi nos Deus salutáris noster : ita pie devotiónis erudiámur afféctu.  
ut sicut de beáte Lucie vírginis Per Dóminum.  
tue et mártiris festivitaté gaudémus :

*Epistola. Dómine Deus meus. In communi. [147].*

*Gradale. Dilexisti justiciam et odisti iniquitatem. ¶ Propterea unxit te Deus Deus tuus óleo leticie. [148].*

Alleluya. ¶ Emulor enim vos Dei emulatióne : despóndi enim vos uni viro, vírginem castam exhíbere Christo. [151].

*Sequentia. Exultémus in hac die. in communi. [156].*

*Evangelium. Simile est regnum celórum thesáuro. in communi. [158].*

*Offertorium. Offeréntur regi vírgines post eam : prime ejus offeréntur tibi. [minor.]<sup>58</sup> [159].*

### Secreta.

**R**atánter Dómine quésumus Lúcie vírginis et mártiris tue  
múnera dicánda intuérre : que supplíciter immolámus. Per.  
nómini tuo pro solennitaté sancte

*Communio. Diffusa est grátia in lábiis tuis : propterea benedíxit te Deus in etérnum. [160].*

*Postcommunio.*

**S**ancte Lúcie vírginis et mártiris  
tue nos Dómine quésumus  
precálio tibi grata concíliet : ut per |  
hec sancta que súmpsimus, salutária  
sentiámus. Per.

## ¶ *In vigilia sancti Thome apostoli.*

(xx. Decembris.)

*Quere omnia in vigilia unius apostoli. In communi. [i]. Si hec vigilia in dominica vel  
in iv. feria : vel in vj. feria vel in sabbato quattuor temporum evenerit : nichil ad missam  
fiat de vigilia, preter memoriam : sed in quacunque alia feria contigerit : de eadem vigilia  
dicatur missa [tantum].<sup>59</sup>*

## ¶ In die sancti Thome apostoli.

(xxj. Decembris.)

[Ad missam.]<sup>60</sup> Officium.



Ichi autem nimi honoratis sunt amici tui Deus : nimis confortatus est principatus eorum. Ps. Dómine probasti me et cognovisti me : tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam. Glória Patri. [7].

### Oratio.

**D**A nobis quésumus Dómine beati Thome apóstoli tui ita solennitatibus gloriari : ut ejus semper et patrociniis sublevemur : et fidem congrua devotione sectemur. Per.

*Epiſtola.* Jam non estis. *in communi.* [8].

*Gradale.* Nimis honorati sunt amici tui Deus : nimis confortatus est principatus eorum. *V.* Dinumerabo eos : et super arénam mutilpicabuntur. [8].

Alleluya. *V.* In omnem terram exivit sonus eorum : et in fines orbis terre verba eorum. [ii].

*Sequentia.* Clara sanctorum. *in communi.* [14].

### ¶ Secundum Johannem. xx. [24-29.]

**J**N illo tempore. Thomas<sup>61</sup> unus ex duodecim qui dicitur Dídimus non erat cum eis quando venit Jesus. Dixérunt ergo ei álii discípuli, Vídimus Dóminum. Ille autem dixit eis, Nisi vidéro in mánibus ejus fixúram clavórum : et mittam dígitum meum in locum clavórum : et mittam manum meam in latus ejus, non credam. Et post dies octo : iterum erant discípuli ejus intus, et Thomas

cum eis. Venit Jesus jánuis clausis : et stetit in medio : et dixit eis,<sup>62</sup> Pax vobis. Deinde dicit Thome, Infer dígitum tuum huc, et vide manus meas : et affer manum tuam : et mitte in latus meum : et noli esse incrédulus, sed fidélis. Respóndit Thomas : et dixit ei, Dóminus meus et Deus meus. Dixit ei Jesus, Quia vidísti me Thoma, credidísti : beáti qui non vidérunt : et credidérunt.

Notes.

---

Credo. 20.

*Offertorium.* Constitues eos príncipes super omnem terram : memóres erunt nómminis tui, in omni progénie et generatióne. [21].

*Secreta.*

**D**ebitum Dómine nostre réddimus servitútis supplíciter exorántes : ut suffrágiis beáti Thome apóstoli tui in nobis tua múnera tueáris : cujus honorándo confesiónem laudis tibi hóstias immolámus. Per.

*Prefatio.* Et te Dómine [supplíciter]. 1165.

GS:pl. h; 1508-S:372; 1513-S:5r.<sup>63</sup>

Comm.  
VI.

The musical notation consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The first staff begins with a large initial 'I' decorated with floral patterns. The lyrics are: 'It-te ma-num tu- am \* et cognósce lo-ca cla-vó-rum'. The second staff continues the melody with the lyrics: 'al-le-lú- ya : et no-li esse incré-du- lus sed fi-dé- lis al-le-lú- ya, al-le- lú- ya.'

*Postcommunio.*

**P**roposit plebi tue misericors Deus divíni percéptio sacraménti : et intercéssio beáti Thome apóstoli tui : ut salvatióнем mentis et córporis et incessabíliter expéctat, et affluénter accípiat. Per Dóminum nostrum.

## Notes.

---

Notes, pages {1}-{30}.

<sup>1</sup> For 'et sanctorum ad consuetudinem', 'secundum usum.--94. 97. 98.', Dickinson:657.

<sup>2</sup> 'Incipit . . . et primo', non habent 92. 4L. 15. 57. Grad.', Dickinson:657.

<sup>3</sup> The Sanctorale of 1508 is not paginated. Page references follow the pdf file.

<sup>4</sup> In 1508-S:367. 'mare' is set AGFEGAGAB<sub>b</sub>.A; 'Galilée' is set A.A.ACDA.AGG; in 1508-S:367. fieri is set F.FFFDEDCC.DC. GS: pl. g. has no flat at 'mare'. In 1508-S:367. 'piscatóres' is set D.DGFG.DGFGFE.F. In Rylands-24:319. 'piscatóres' is set D.DGF.FDGF.GFEF. In Aresenal:153r. 'piscatóres' is set D.DGFF.DGF.GFEF.

<sup>5</sup> 'dicitur unum Allelúya. de communi apostolorum.' 1508-S:A1.

<sup>6</sup> 1508-S:367.

<sup>7</sup> 'enim.--13. 15. 26.', Dickinson:658. 'enim' also appears in many of the later printed missals. 'autem' is found in Rylands-24:319; 1500 (Pynson), many of the earlier printed missals, and the *Vulgate*.

<sup>8</sup> 'apóstoli tui' 'non habent 92. 94. 97. 98.', Dickinson:659.

<sup>9</sup> 1526-S:1v.

<sup>10</sup> 1508-S:367. has 'Dicit', set C.CC; 'suo' is set CABCBAGA.AG; 'Jesum' is set GFED.GEG.

<sup>11</sup> 'gérimus.--94.', Dickinson:659.

<sup>12</sup> 'medélam.--94.', Dickinson:659.

<sup>13</sup> 1526-S:1v.

<sup>14</sup> 1526-S:1v.

<sup>15</sup> 1508-S:1v.

<sup>16</sup> 1500-Pynson:145v.

<sup>17</sup> Rylands-24:320.

<sup>18</sup> Rylands-24:320.

<sup>19</sup> 'Corde enim', *Vulgate*.

<sup>20</sup> 'sic 34 &c.--autem.--4L. 13. 26.', Dickinson:660. 1513-S. and 1526-S:2r. in fact have 'ergo'.

<sup>21</sup> In 1508-S:367. 'Diléxit' is set A.AG.GEFGDDC; the second syllable of 'odórem' appears 2 notes later. In the melisma of 'odórem' 1508-S. omits the repetition of GEFGEFDE. In 1508-S:367. the third syllable of 'suavitáti' appears 3 notes earlier. In the final melisma 1508-S. omits DDCGAFED; GS: pl. g. omits the last 39 notes.

<sup>22</sup> In a<sup>2</sup> 1513-S. has 'cathegoríset'. In c<sup>2</sup>. Dickinson:661. has 'Quia'. In d<sup>1</sup>. 1508-S:368. has a superfluous E at 'audiébat'. In d<sup>2</sup> 1508-S:368. begins 'Edúxit'. At d<sup>2</sup>. 'lucífluam.--94.', Dickinson:661. In f<sup>1</sup>. 1508-S:368. has 'Cujus'. In h<sup>1</sup> 1527. has 'peniténtia'. In h<sup>3</sup> 1508-S:368. and 1527 have 'crux'. In h<sup>3</sup> 1532. sets 'cárñifex' C.A.C. In h<sup>4</sup> 1508-S:368. 1527. and 1532. contain a melodic variation : tenet is set G.A. At i<sup>2</sup> 1532. sets 'manent' C.E. 1508-S:368. has flats only at a<sup>2</sup>. through b<sup>2</sup>; d<sup>1</sup>. through c<sup>4</sup>; e<sup>1</sup>. through e<sup>2</sup>; h<sup>2</sup>. through i<sup>1</sup>; i<sup>2</sup>; and the end of k<sup>2</sup>. The flats are taken from Arsenal:259v. Rylands-24:489. has a somewhat different version, which is given in the Appendix.

<sup>23</sup> 1508-S:369.

## Notes.

---

<sup>24</sup> 1508-S:369.

<sup>25</sup> 1508-S:369.

<sup>26</sup> 1508-S:369.

<sup>27</sup> 1508-S:369.

<sup>28</sup> 1508-S:369.

<sup>29</sup> 'visitationis' 'non habent 92. 94. 98. 4L. 57. Grad.', Dickinson:662.

<sup>30</sup> 'Ambulans autem', *Vulgata*.

<sup>31</sup> 'vos fieri', 1513-S:2v., Dickinson:662., *Vulgata*. In 1508-S:370. the last syllable of 'piscatóres' appears one note earlier. 1508-S:370. has no flats. In GS: pl. h. the flat continues through the first B of 'navi'. The edition follows Rylands-24:320. and Arsenal:153v. here.

<sup>32</sup> 1508-S:370.

<sup>33</sup> 'nisi in sabbato . . . in capitulo' 'non habent 92. 98.', Dickinson:663.

<sup>34</sup> 1508-S:370.

<sup>35</sup> 'sequenti dominica ipsa secunda feria, missa de ipsis octavis in capitulo dicitur.--Grad. (*Sed hic, ut alibi, minus accurate quam Missalia Graduale impressum esse videtur ; verba enim sequenti dominica sensu carent.*)', Dickinson:663.

<sup>36</sup> 'atque ad missam de sancta Sabina.' 'non habent 92. 94. 97. 98.', Dickinson:663.

<sup>37</sup> 1508-S:370.

<sup>38</sup> 1526-S:2v.

<sup>39</sup> 1526-S:3r.

<sup>40</sup> In 1508-S:370. flats are implied by the F-clef. In c<sup>2</sup> 1532. sets 'immúnis' F.D.C. In e<sup>3</sup> 1508. 1527. and 1532. have 'Aurum'. At h<sup>2</sup> 1532. sets 'sedáta' G.G.E. In k<sup>2</sup> 'pax' and its note are missing in 1527. and 1532. At m2., 'pericula.--4L. 15.', Dickinson:666.

<sup>41</sup> For 'sancti pontíficis', 'antístitis.--92. 98.', Dickinson:666.

<sup>42</sup> For 'ubíque dirigátur et próspera', 'ita 13. 26. et próspera ubíque dirigátur.--94. 4L. 15. 57. et próspera dirigátur.--92. 98. ubíque et próspera dirigátur.--97.', Dickinson:666.

<sup>43</sup> 1526-S:3r.

<sup>44</sup> 'Corde enim', *Vulgata*.

<sup>45</sup> 'Quómodo autem', *Vulgata*.

<sup>46</sup> 1508-S:372.

<sup>47</sup> 'approprinquévit.--92. 97. 98. 57. V.', Dickinson:667.

<sup>48</sup> 'venerábilis.--92. 97. 98.', Dickinson:668.

<sup>49</sup> 1508-S:372.

<sup>50</sup> This Feast is a later addition to the Sarum Calendar. The Missal-1489:169r. has only the rubric '*In conceptione beate Marie virginis ad missam omnia fiant sicut in nativitas ejusdem : verbis tamen nativitatem mutatis in conceptionem : hoc quod dicitur in nativitate dicitur in conceptione : sed sine Glória in excélsis. et sine Ite missa est.*'

<sup>51</sup> 1508-S:372. The musical settings of this Feast are taken from the Assumption and Nativity of Saint Mary.

## Notes.

---

<sup>52</sup> 'et agnitionis', *Vulgate*.

<sup>53</sup> 'adimplémini', 1513-S:4r.

<sup>54</sup> The music is taken from the Feast of the Nativity of the Blessed Virgin, substituting 'concéptio' for 'natívitás.'

<sup>55</sup> No music appears for this sequence. According to the earlier rubric in 1508-S:372. the sequence would be 'Alle celéste', from the Feast of the Nativity of the Blessed Virgin. If this is used, 'Concéptio' should be substituted for 'Natívitás' at n<sup>1</sup>.

<sup>56</sup> *Vulgate* omits.

<sup>57</sup> 1508-S:372.

<sup>58</sup> 1508-S:372.

<sup>59</sup> 1508-S:372.

<sup>60</sup> 1508-S:372.

<sup>61</sup> 'autem', *Vulgate*.

<sup>62</sup> *Vulgate* omits.

<sup>63</sup> GS: pl. h. has no flats. In 1508-S:372. 'et cognósce' appears to be set FE.E.FG.F. In GS:pl. h. fidélis' is set F.EFC.C.